



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

In Lib. Esther.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Id. 18. v. 31. ubi dem explicauit, ita ut, qui post Iudithæ triumphum 80. circiter annos pacis computauerit, is eam non ampliori temporis spatio, quam ferat horum verborum complexio, definite videatur.



NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN LIBRVM ESTHER

CAPVT I. VJ.

In diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque AEthiopian.

QVÆSTIO

Quisnam hic Assuerus.

CRO hac de re opiniones circumferuntur, quarum duæ priores istum Assuerum atque adeo totam Estheris historiam liberationi Babylonicæ præponunt, reliquæ postponunt. 1. Assuerum hunc Astyagem fuisse autumat. 2. Darium Medum. 3. Cambysem. 4. Dariũ Hyastaspis. 5. Xerxem. 6. Artaxerxem Mnemonem. 7. Ochum. 8. Longimanum. 2. Primæ opinioni ad hærens Mercator, istum Assuerum eundem cum Astyage fuisse asserit, sed sine ratione: nam Astyages Medus fuit. Assuerus autem cap. 16. ver. 10. ait: Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est. Quibus verbis se Persam ostendit, ut bene Bellarminus & Petauius, adque ex tota huius libri serie constare asserunt. Hinc idem Assuerus cap. ultimo, v. 14. suum regnum absolute Persarum, & suos subditos vocat eos, qui fideliter Persis obediunt, ver. 23. Quibus loquendi formulis, Medi cum rerum potirentur, ut commodè non poterant. Deinde Astyages imperium suum ab India vsque AEthiopian non extendit, quod fecit Assuerus Estheris, qui & Artaxerxes dicitur, initio cap. 12. 13. 16. Hoc autem nomen Persarum esse proprium, nonnulli asserunt, ac monent eos minimè audiendos, qui dicunt regem Medorum Græcè Artaxerxem vocari, Tob. 1. v. 15. ubi enim expressè nomen Assueri retinetur, in editione Sixtina Ἀσού, & in alijs quibusdam Ἀσούρι.

Varia opiniones.

Non fuit Astyages.

3. Ha

ippi

ologia
tamenti

V

Neque Darius Medus.

3. Hæ rationes æquè probant, Dario Medo non nupisse Esther, tamen putavit Zonaras, cui ex parte subscribit Canus de locis Theophrasti cap. 6. Argum. 9. dum ait, Darium Medum, aut Astyagem Estherem fuisse.

Mardocheum vel avum eius transportatum.

4. Dices Mardocheus cum Iechonia transportatus fuit, Esther autem si post Astyagis & Darij Medi tempora vixisset, ob senium ea negotia non potuisset, quæ sub Assuero expediuisse legitur. Resp. illo cap. 2. hinc Mardocheus filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini, qui translatus fuit in Babel, eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda, Nabuchodonosor rex Babyloniarum, consentientibus inter se Latino, Hebræo, Græco. Quæ duobus modis dici possunt. i. ut non Mardocheus ipse, sed eius proavus Cis, cum Iechonia transportatus dicatur. Ita Petavius lib. 12. cap. 30. Gordonus cap. 14. fuit. ut Mardocheus translatus dicatur, non in se, sed in avo, aut proavo, in captivitate genitus est, ut habet Bellarminus lib. 1. de verbo Dei cap. 1. Iulianus an. m. 3591. n. 3. Torriellus an. m. 3650. n. 5. cum Caietano, Cameracensi, Rabbi Paulo, quos sequitur Menochius, Esther. 2. v. 6. Hoc modo Zorobabel & Iosue dicuntur in Ierusalem à captivitate reuersi, cum in Ierusalem non fuerint, nisi in progenitoribus suis. Sed tamen plerumque nobis imputantur, quæ à maioribus nostris patrata sunt.

Hebræi putant fuisse Cambysen.

5. Tertia opinione imbuti Hebræi, in suo Seder, assentiente Gesnero, Estherem Cambysen dant in manum, rati in primis, non nisi tres Persarum reges fuisse, Cyrum, Assuerum siue Cambysen, & Darium: quod probatur primo, ex Dan. 11. v. 2. ubi post Darium Medum tres in Persarum regni prædicuntur, & mox v. 3. vaticinium de Alexandro Magno subterfugit, verò Rex fortis &c. Secundo ex Nehem. 12. v. 10. Iosue autem genuit Iosabab, genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Iosabab. Horum primus Iosue, sub Cyro; vltimus Iosabab, sub Alexandro regnavit. Vnde colligunt, Nehemiam haud multis annis ante Alexandrum regnasse, vixisse, totamque Estheris historiam non ad Cyrum vel Darium, sed ad Cambysen reuocant.

Sed eos errare probat.

6. Enim verò id nulla ratione admittendum est. Plures reges Persarum regnasse, palam faciunt historici non solum Græci & Latini, sed etiam ipsæ natione & religione Hebræus. Imò Daniel & Esdras suis commentarijs, nam illo cap. 11. Danielis, post ea verba: ecce adhuc tres reges regnabunt super regnum Persarum, continuo additur, & quartus diribitur opibus nimis super omnes, & cum diuitijs suis, concitabit omnes aduersus regnum Græcorum. Vbi gratulatur, quod Xerxes, qui cum innumeris propè copijs in Græciam traiecit. Quædam reges post Cyrum Persis imperasse, Cambysen, Smerdim, Darium.

P.
H. Phil

Siron
Tesi

A 1
17

antiquis diserte monet in eum locum S. Hieronymus, his verbis: Et notandum, quod quatuor post Cyrum regibus Persarum enumeratis, novem praterierit, & transfertur, ad Alexandrum: non enim cura fuit spir. tui prophetae hystoria ordinem sequi, sed praedicta quaeque perstringere. Novem porro, quos Daniel praterij: faere, Artabanus, Longimanus, Xerxes II. Sogdianus, Darius Nothus, Mnemon, Ochus, Arses, Darius vltimus.

7. Cambysen denique Estheris maritum non fuisse, probant Bellarminus, *Prob. xi.* Soterius, Salianus, quia Assuerus Estheris, 12. vt minimum annos regnavit, cap. 7. Cambyses octauum non attigit. Nec Iudaei possunt ad plures annos Cyri & Cambysis communes recurrere, cum non nisi triennium Cyri imperio concedant. Assuerus iste cap. 16. v. 16. fateatur Iudaeos esse filios Dei semper vitam eiusque beneficio patribus suis, & sibi regnum esse traditum, atque ad haec tempora conseruatum, quod Cambysis non satis conuenit: cauit enim ne templum repararetur Ierosolymis, id sine dubio concessurus, si Estherem throni comitorem habuisset, in cuius gratiam Iudaeis tam amplam hostes suos vlciscendi potestatem indulisit.

8. Quarta opinio est Ioannis Benedicti in annot. Feuarentij in Commentario huius libri, Samerij in Chronologia, Carionis, Funcij, Buntingi, qui Estherem Dario Hystaspis tribuunt: quia in Iudaeos benignus fuit, Suis habitauit, duas vxores habuit. Verum hoc matrimonium non probant aliarum scripturarum fautores. Quod Darius Hystaspis bene in Iudaeos affectus fuerit, regum Suis, & alteram vxorem habuerit, non est satis vt Estheris maritus censeatur. Haec ei, cum pluribus alijs Persarum regibus communia fuere. Argumentum vero quod ab vxoribus Darij sumitur, Estherem ab eius connubio penitus excludit. Scribit enim Herodotus lib. 3. Darium istum quatuor vxores habuisse, quarum Atossa, & Artystona erat Cyri filia, tertia Parmis, eiusdem ex filio neptis, quarta Phaedina, filia Othanis, vnius e septem, qui Smerdisi regni inuasorem sustulerant. His quintam Darij coniugem idem Herodotus lib. 7. nomine Phratagunam: nec vllam repudiauit, cui succederet Esther.

9. Veniant quinto loco nonnulli, qui Xerxi Estherem attribuunt, ita vt Scalliger audent pronunciet, neque de eo dubitare posse, nisi qui nullo ingenio sit, neque negare, nisi malignum. Quod duplici argumento ex ipsis nominum visceribus deprompto, suadere nititur. *1. Argum.* Primum quia Assuerus dicitur Hebraice Assueros; quam vocem in Ozyarem siue Xerxem vertendam asserit a deo confidenter, vt sacros interpretes hanc translationem non secutos redarguat, imo plumbeos, asinos, accerritos, esse dicat, qui alium regem, quam Xerxem, hoc nomine ariolantur. *2. Argum.* Secundo, quia Xerxis vxor Herodoto vocatur

ippi

ologia
tamenti

V
a

*Maritus
Estheris
non fuit
Darius
Hystaspis.*

*Verum
Xerxes.*

1. Argum.

2. Argum.

Ami-

Quaest. Chronol. 3. P.

P.
H. Phil

Siron
vet. Jesu

A 1
17

Amistris, siue Amestris, quasi Cham Esther Hebraicè diceretur. Nihil
Xerxem anno tertio imperij sui, cum de expeditione in Græciam ad
retulisset, eos splendidissimo opulo 180. dierum excepisse, reuerfisse
Estherem duxisse, mense decimo, sub finem anni 7. denique anno
mensis Adar, supplicium de Amano sumpfisse. Hoc latius referunt
ex Ctesia & Herodoto referunt Petaujus lib. 12. cap. 26. Saltaus l.c.

Non fuit
Xerxes.
Ad 1.
Ad 2.

10. Vtraque ratio Scaligeri ludit in euanido literarum sono, cum
longe inter se distent, ac proinde modesta & simplici negatione
Esther Artaxerxis ab Amestri Xerxis, origine, religione, moribus
quantum distinguitur. Amestris Persis fuit, filia Othanis, vel ut habet
Onophæ, qui in belli apparatu, inter duces Persarum ab Herodoto
cenfetur, vbi etiam eadem Amestris dicitur cum iam proechele
bù septem illustrium Persarum liberos defodisse, ad referendam pro se gratiam
sub terra esse fertur. Amestris longè ante annum septimum Xerxi
rerat ei Darium, cui Dario nupsit Mafistæ filia, idque agente Xerxi,
Æus è Græcia Sardeis se recepisset, antequam Stufas reuertereur. Amestris
delis erat, quippe quæ innocentem Mafistæ vxorem accitis felle
prehendit, mamillas ei præcidit, canibusq; obiecit, naribus, auribus
labijs truncatam ad maritum remisit. Vtrumque narrat Herodotus
lib. 9. Ctesias etiam impudicam mulierem fuisse tradit. Quare non
nam ratione hæc cum Esthere nostra confundi possit, nec facile cadit
det aut Scaliger, aut alius quiuis, cur ea flagitia in Estherem conferantur.

Contra
Scaligerii.

11. Habet quidem Scaliger de Estheris marito suffragatores,
lum è sectarijs Caluissium, Alstedium, Iunium, Behmium, sed etiam
licis nonnullos, vt Genebrardum, qui putat Longimanum Xerxi
nitum: at contra eidem Scaligero aduertantur tum plerique
rum, tum Buntingus, Funccius, Carion, maxime verò Carion
mun, 352. vbi cum Scaligeri de Salaminia pugna anachronismum
darguisset; vt vel hinc colligas, inquit, quam fallaci sint illius Per
que procul à veri regione errat, eam contendit Xerxem esse Affuerum
nitum.

Quidam
putant fu
isse Artax
erxi mo
nomen.

12. Sexta classis est eorum, qui Estherem Artaxerxi Mnemonij
arbitrantur. Ita centent Eusebins in Chronico, ad Olymp. 94. Be
bus: sub hoc rege, ait, videtur Esther historia completa: ipse quippe est, qui ab He
rus, à 70. interpretibus Artaxerxes vocatur. Consentit Iulidoras, hanc
mus in cap. 4. Ezechielis, dum scribit: Artaxerxes cognomento Mnemon
rsatisidis filius regnat annos 40. qui ab Hebrais Affuerus appellatur, sub quo

Esther narratur histori. Idem sentit Pererius lib. 13. in Daniele cap. 11. Sigonius in Sulpitium, & Sulpitius ipse, ut mox ostendam. Torniellus ad annum m. 4631. numero 1. ait sibi videri hanc historiam sub nullo alio rege convenientius poni posse, quam Longimano, vel Mnemone: deinde malle se Mnemonis temporibus adscribere, quam Longimani. Quia Longimanus initio sui principatus, non videtur 127. provincias sub potestate habuisse, præsertim si Iudicæ historiam ad Xerxem reducamus, quando multæ provinciæ, ab imperio Persarum descuerunt, Media ab Arphaxad, Assyria à Nabuchodonosore occupata fuit. Adhæc mortuo Xerxe, inter filios eius, grauis orta est de regno contentio, neque cum Artabano difficultas. Quare, ait, non esse credendum, quod potuerit intra duos primos regni sui annos recuperare tot & tantas provincias, quæ tum à patre, tum à se defecerant, & regnare ab India usque ad Æthiopiam, quemadmodum de marito Esther dicitur traditur huius libri exordio, præsertim cum Aegyptij à Persis defecerant, contra quos & Græcos, qui suppetias ijs ferebant, Longimanus bellam gerere coactus sit. Denique tempore Longimani Esdras & Nehemias claruerunt: mirum autem esset, eos Esther tam illustris Lemine, nullam suis actis mentionem inseruisse, si eiusdem regis consilium fuisset. Ergo verisimile est, Estherem post Longimanum reginam fuisse.

13. Huius opinionis assertorem, quicquid aliqui dicant, existimo fuisse Sulpitium: hic enim lib. 2. sacræ hist. sic scribit: *Artaxerxes regnavit annos unum & quadraginta, Xerxes duobus mensibus, postque eum Suidanus septem mensibus fuit. Darius deinde, sub quo templum est restitutum, regnum adeptus est, cui Ochus tunc nomen erat.* (Alij hunc Nothum indignant.) Et paucis interiectis: *Per idem tempus Esdra scriba legis, post 20. fere annos, quam templum fuerat consummatum, deponit iam Dario, qui unum de viginti annis rerum fuerat potitus, permissu Artaxerxis secundi, non illius, qui inter duos Xerxes fuit, sed cuius qui Dario Ocho (Notho) successerat, Babylonia profectus, multaque eum secuti Ierosolymam pervenere. Tum res gestas Esdræ ac Nehemias. Verbisque Ierosolymitanæ instaurationem prosecutus, quæstionem de tempore Esther ponit, & tandem ait, sibi videri historiam hanc adscribendam ei Artaxerxi, sub quo Ierosolyma est restituta. Atqui hanc restitutam putat, sub illo Artaxerxe, qui Darium Nothum annos 19. regno potitum excepit, qui omnium iudicio fuit Artaxerxes Mnemon. Ille verò Artaxerxes, quem inter duos Xerxes mediū constituit, Sulpitius, & sub quo negat Esdram venisse Ierosolymam, fuit Longimanus, filius Xerxis I. parens secundi. Rursus ex opinione Sulpitij*

d 2 mari

ippi

ologia
tamenti

V

a

Idem ser. se
Sulpitium.

marito Estheris successit Artaxerxes Ochus, per annos 23. cuius rebus Iudithæ historiam applicat. Ochum autem Mnemoni libellus nes fatentur. Itaque meritò Serarius & Petavius Sulpitiu[m] qui Mnemoni Estherem connubio iungunt, quicquid aliqui in contumantur.

Sed duplici ratione confusantur.

14. Duo tamen obstant, quo minus ijs assistam, qui Mnemoni Estherem despondere volunt, quæ bene ponderant Bellarminus, Sallianus. 1. Quod hoc modo liber Esther apud Hebræos non esse conveniant. Scribit enim Iosephus lib. 1. contra Appionem, Hebræos in libris authenticos, eorum quinque à Moysè conscriptos. A morte vero Moysi usque ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, Prophetarum res gestas conscripserunt, in tredecim libris. Reliqui verò quatuor, humana præcepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe verò usque ad nos præteritum regnum gula quidem conscripta, non tamen priori fide simili sunt habita, ut quædam certa successio Prophetarum. In illis autem 22. libris recentius hæc præteritum ab Hebræis, tum à sancto Hieronymo, in Prologo Galeato, tum Longimano tribuat: ego verò causam idoneam non reperio, cuius vitium Longinus error Iosepho impingatur. Præterea Mnemon, cuius vxorem primùm habuit Statiram Idermis Persæ filiam, sibi iunctam, ut etiam ex Ctesia teste oculato monet Serarius, Statira vixit, nunquam ab Aula, aut regio thoro exclusa fuit, officio tandem extincta est, cum adhuc regina esset, rege admodum ægrè ferente. Duæ reliquæ Mnemonis vxores, eorum filiarum, ac proinde apud eum nec Vasthi reginæ, nec Estheris perirentur.

Ad rationes eorum Resp. 1.

15. Argumentis pro hac opinione allatis satisfaciens, qui dicitur Græcis occupato, Nabuchodonosorem victo Arphaxado Medo, qua saltè ex parte sibi subiecisse; occiso verò à Iuditha Holoferne, dissipatis, facile in ordinem ab ipso Xerxe redactum fuisse, tum quæque prouincias, qua vi, qua terrore prius à Nabuchodonosore, sine magno molimine ad supremi sui principis obsequium, vero, suscitata ab Ægyptijs rebellio obstabat, quo minus Artaxerxes eos imperium, ius, ac pristinos titulos retineret. Idem est, de alijs, quæ tunc iugum Persicum excutere molebantur. Quis enim Sallianus, Reges etiam amissorum regnorum titulos retinere, in quibus herere contendunt? Sic Rex Anglia se Regem Franziæ appellat, et

P.
H. Phil

hiron
v. Test

A 1
17

...m Navarra, Dux Lotharingia regem Ierosolymorum. Sed neque Scriptura tradit. Resb. 20
...mox ab initio sui imperij pacificè omnes eas prouincias obtinuisse
...dibus Assueri, inquit, qui regnavit ab India, vsque Aethiopia super centum viginti
...prouincias: quando sedit in solio regni sui; Susa civitas regni eius exordium fuit.
...vera esse possunt, licet Assuerus, non ad sui principatus initium, sed po-
...regiones istas sibi habuerit obsequentes.

16. Eldras denique & Nehemias iure merito de Esthere & Mardocheo Resb. 30
...suis libris siluerunt, quia abundè ad perpetuam vtriusque memoriam poste-
...tradendam, satis erat, quod singulari volumine virtus eorum celebraretur.
...in libro Iudicum nulla habetur mentio Ruthæ, nec in libris Regum To-
...licet hic Ezechia; illa temporibus Iudicum vixerit, quia proprijs volumi-
...vtriusque historia continetur.

17. Septimo loco occurrunt, qui Artaxerxi Ocho, pro Vasthi, Estherem
...regionem offerunt. Serarius cap. 1. q. 3. Gordonus ann. m. 3643. & sub finem cap.
...Mithriomius ann. m. 3544. Quod probat Serarius 1. ex ipso nomine Af-
...erit libro Iudicum, quod à Græcis interpretibus Artaxerxes verti solet; quod etsi fateatur
...Longimano & Mneimoni aptè conuenire, ad neutrum tamen res ipsas, quæ
...narrantur, quadrare, & eam ob rem ad Ochum tandem recurrendum exi-
...Probat 2. ex huius lib. cap. 16. v. 14. vbi Assuerus ait, Amanem cogitasse,
...regnum Persarum transferret ad Macedonas. Vnde coniecit Serarius Estheris hi-
...Macedoniam, Macedonum Monarchiæ, siue Alexandri temporibus fuisse proximi-
...Macedonum vires Persarum regibus iam erant suspectæ. Con-
...firmat ex Iosepho, qui post narrationem de Esthere, vsque ad Alexandri tem-
...pora vix quicquam tradit, quod ad Iudæorum rempublicam pertineat. Idem
...videmus in Gorionidis editione tam Basileensi, quam Cracouiensi. Mirum
...foret, in gente Iudæorum, tot annis nihil memoratu dignum accidisse.

18. Hæc Chronographia non videtur congruere, cum ea doctrina, quam
...tradit S. Augustinus lib. 18. ciuit. cap. 36. vbi, post hos tres Prophetas, ait, Aggeum,
...Zachariam, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica seruitute, scri-
...etiam Esdras, qui magis rerum gestarum scriptor est habitus, quam Propheta, sicuti est
...qui appellatur Hester, cuius res gesta in laudem Dei, non longè ab his temporibus in-
...Nunc. Nam Eldras Ierosolymam venit, anno 7. Artaxerxis Longimani, vnde
...que ad annum 12. Ochi, quo huius opinionis Assertores Amanem extremo
...supplicio affectum voluit, anni plures 100. abierunt: ab anno autem secundo
...Danij, quo Zacharia & Aggæo vaticinantibus templum restauratum est, vsque
...ad eundem annum Ochi 12. sunt anni ferè 170. Ex eo etiam capite minus placet
...hæc opinio, quod paucorum recentiorum placito nixa, antiquorum patrocinio
...destituta sit.

Resb. 20

Resb. 30

Quid præ-
tant Ochus
fuisse.
Arg. 1.

Arg. 2.

Confirmat

Non fuit
Ochus.

ippi

ologia
tamenti

V



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Phil

Iron
Tesi

A 1
17

Ad 1.
Ad 2.

Conclusio.
Fuit Longimanus.

Corollaria

Obiectio 1.

Obiect. 2.
Obiect. 3.

19. Primam rationem Serarij, non esse efficacem paulo post
resoluentur ea, quibus Estherem à Longimano abstrahere con-
dam responder Salianus num. 7. Assuerum illo cap. 16. non indicat
fuisse Macedonum potentiam, vt cum Persis de impetio conuen-
tra potius, voluisse Amanem, gentem suam tam obicuram, & igno-
lato imperio nobilitare, sicut Cyrus translata à Medis ad se Mon-
illustrat. Petauus autem censet hinc nomen Macedonum late
grinis & occidentalibus, sicut vulgo apud Indos nomen Hispano-
libet Christianos, & apud nos Indi vocabulum, ad eos populos que-
sunt de Indorum numero transfundi solet. Denique mirum quod
temporis spatio, nihil singulare de Iudæis antiquos in scripta refer-
idcirco falsa sunt, quæ à pluribus, tum priscis, tum huius æui scripto-
Estheris & Longimani connubio celebrantur.

20. Vltima opinio, quam vt probabiliorem ceteris antepo-
Longimano adiudicat. Est quorundam antiquorum apud Eusebium
sephi lib. 11. Antiq. cap. 6. Nicephori Const. in Chron. Bellarmini
lib. 1. cap. 7. Sabellici Enn. 3. lib. 3. Ludouici Viues in lib. 18. de cir-
dæ, & vt Serarius sibi videri fatetur Ruperti de Victoria verbi De-
quibus subscribunt Petauus l. c. Menochius hinc, Salianus an. m. 2.
& 8. Nam & nomen, inquit, conuenit, & beneuolentia in Iudæis, & nomen
regni amplitudo, & commoratio in Perside, & regni diuinitas, & similia
si que sunt alia, quæ vt singula singulis ferè conueniunt, hinc conueniunt

21. Hinc ratio facile redditur 1. cur Nehemias pincerna regi-
rit, ope nimirum Estheris reginæ atque Mardochei, qui & Eleazar
præfectus erat, 2. quomodo liber Esther inter Canonicos ab Hebræis
tur: quia Esdræ, & Nehemiæ tempore conscriptus est, iuxta ea quæ
14. notabam. Non est enim quod Iosephum vtroque loco habuisse
mus, vbi de authenticis Iudæorum libris contra Appionem & de
pore in Antiquitatibus egit.

22. Obijciunt nonnulli 1. Si Longimano imperante, Esther
quàm fieri potuit, vt hostes Iudæorum Esdræ & Nehemiæ con-
sterent, vrbisque restoratione impedirent non ignari quanta
quanta in auctoritate apud regem esset Mardocheus, quorum
gina millia hominum de Iudæorum inimicis occisa fuerant, Esthe-
dz facultatem à Longimano petijt? 3. Longimanus miris ad-
mens erat, adeo vt legum quarundam de principum noxis aspectu
ma castigatione leniret. Ex. ca. cuius corpus verberandum est, quæ

lari, cuius radendus capillus, huic tiaram solum deponi iubebat. Assuerus
 re contem
 on indur
 contem
 & ignob
 d se Mon
 om late
 H horat
 opales
 um eue
 riptea
 s au
 anrepon
 d Enico
 llarum
 8. de
 ve
 s au
 3. & n
 & sim
 venio
 cer
 & He
 cos ab
 uxa
 co hall
 em & d
 re, Est
 nemie
 g
 g
 canc
 Est
 mas
 is ad
 m

Estheris quam facile in totius Hebrae gentis internecionem consensit?
 am prompte Amanum principem sibi familiarissimum patibulo addixit
 am iudicio in Persarum suorum sanguinem & fortunam potestatem Iudeis concessit?
 argumentatur Serarius. 4. Eusebius in Chronico agens de Artaxerxe Longi-
 ca, inquit, qua de Esther & Mardocheo scripta sunt, quidam affirmant, sub hoc
 gilla, quod ego non puto. Nunquam enim Esdras de Esther siluisset, qui scribit hoc
 Esdras, & Nehemiam reuersos ex Babylone.

Hac & alia id genus argumenta bene soluit Salianus. Sicuti neque
 am Estheris, neque Mardochei auctoritatem ignorabant hostes vicini lu-
 xum, ita nec eos latebat Esdras edictum, Nehemiam epistolas ad Duces re-
 mans sumen, ab rege obtinuisse, quibus non solum Vrbe reparanda pote-
 as sedat, sed etiam opportunum ad id subsidium praebebat. 2. Esdræ 2. v. 7.
 nihilominus remoram iniiciebant operi, ita tamen, vt ex praeumpta regis
 urate, id facere viderentur, causam sui facti praeudentes, famam, qua lu-
 rebellionem cude te ferebantur, & Nehemias regiam affectare dignitatem.
 Esdræ 6. v. 6. Sic neque regis mandato, neque reginae aut Mardochei votis,
 cui specie tenus resistere se profitebantur.

24. At neque causae deerant, cur Nehemias de Vrbe reparanda Regi sup-
 caret, vna esse poterat, vt Esther & Mardocheus prius per Nehemiam regis
 am pertentarent, deinde vero idoneas rationes inirent, quibus tanti mo-
 negotium ritè conficeretur. Certè reginam huius rei consciam fuisse, in-
 hat Nehemias cap. 2. v. 6. dum hæc refert: dixitq; mihi rex & regina qua sedebat
 rum: vsque ad quod tempus erit iter tuum

25. Ad tertiam objectionem respondet Salianus, omnes Persarum prin-
 pes ferè austeriores fuisse natura, etiam vsque ad mulieres; nec tamen deesse
 a Artaxerxe seueritatis exempla, nec in Assuero mansuetudinis. Longimanus,
 reor, in istam gentis Hebrae necem consensit quidem, sed circumuentus
 amanu technis, quibus persuaserat gentem illam sceleratam & imperio noxiã
 se. Fraude detecta iustas in Amanum iras concepit, & pœnas decreuit, etsi
 præter fas & morem suum, eas in filios eius extenderit. Credibile autem
 Mardocheum & Estherem dedisse operam, vt Iudæi ita in suos hostes ar-
 ma conuerterent, vt nullum innocentem peterent, sicut ab omnium fortunis
 manum abstinerunt, idque regi futurum persuasisse, aliàs tantam cladem non
 permisso. Denique Eusebium alia opinione imbutum fuisse non inficior:
 quam verò ponderis sit ratio, quam adducit, ex iam dictis
 rum. 16. colligi potest.

Obiect. 4.

Ad 2.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

pppi

ologia
tamenti

V
a.



ESTHER I. v. 3.

Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium.

Sethus Caluissius in sua Chronologia i. edit. anno 3. Xerxis, anno Epocham 483. cyclo Solis 3. Lunæ 13. hoc conuiuium celebratum. tertia verò editio anno vno citius. Cuius doctrinæ non assensum Estherem ad Xerxis imperium referrem. Hunc enim existimo parasse anno ante Christi æram 485. anno verò 483. aperiri tertium Xerxi 271. & 2. Olymp. 74. Errat ergo in 3. editione, primo quod initium Xerxi num ante Christi æram 486. reuocet, *secundò*, quod anno ante Epocham 484. cyclo Solis 2. Xerxis tertium, Urbis 269. auspicietur. Ego non hoc conuiuium habitum arbitror, anno ante Christ. 461. Olymp. Petauius anno præcedenti, idque probabile est.

Error Caluissii.

Quando exhibitum hoc conuiuium.

ESTHER II. v. 16.

Quando id gestum.

1. *Distat est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur Tebeth septimo regni eius.* Hoc incidit in annum ante Christi epocham notat Petauius lib. 12. cap. 39. & Salius ann. m. 3596. num. 42. initium mensis Tebeth initium, qui inijt, ut puto, circa diem 28. nostri Decembris fortè acciderit, ut annus iste Iudæis esset Embolymæus.

2. Caluissius in i. editione hoc inscribit anno suo ante Christi epocham tertio, anno 480. Esther, inquit, in thalamum regis Xerxis recepta fuit 10. siue mense Tebeth, qui incipit die 24. Decembris feria 6. mensis 7. regni Xerxis. Hi sunt characteres anni ante Christi æram 480. cyclo Solis 14. Lunæ 4. Ex quibus apparet huius auctoris inconstantiæ eandem diuersis annis adscribit. Nec est, quod dicat saniora esse posteriora: annus enim ille quem in tertia editione septimum vocat, non est, ut ex serie Chronologiæ ipsius apparet, nec rationem ullam adferre potest, cur annum tertium, quo celebratum est conuiuium, et non primum quo decreta fuit Iudæorum cædes à morte Darij; septimum quoque nuptijs festiuum ab altiori principio deducat. Taceo eum dicitur in gistro suo Scaligero, qui hoc coniugium differt ad finem anni septimum.

Græci versus cū Latino cōsiliantur.

3. Habent hoc loco Græca exemplaria Estherem ad cubiculum regis Assueri mense decimo, quia nimirum ad regem mense decimo cubina venerat, ut habent Latina & Hebræa: mense autem 11. ut patet, ut est in Græco. Quod bene aduertit Serarius hic q. 4. & indicat lib. 11. Antiq. cap. 6. dum scribit: perducta vero Esthere, delectatione consuetudine, & amore correptus legitimam coniugem sibi adiungit.

P.
H. Phil.

Chron
v. 16. Test

1
17

rebrauit, anno regni sui septimo, mense duodecimo, qui Adar dicitur. Huius autem mensis Neomenia non procul à 24. Februarij abfuit, ann. ante Chr. 457.

ESTHER III. v. 7. 12. 13.

Verf. 7. Mense primo, (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri missa est fors in vrnas, quae Hebraice dicitur phur, coram Aman, quo die & quo mense genti iudeorum deberet interfici, & exiit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. Anno ante Chr. 453. habente aperitur mihi annus duodecimus Longimani, quo dicitur ad eundem annum duodecimum spectet mensis Nisan, qui inijt antecedenti, nempe ante Chr. 4. 2. iuxta ea, quae ad cap. 1. & 2. Nehemiae notantur. Inque primus iste mensis coepit anno ante Christi aetate 452. sub finem Martij, aut Aprilis initium, cyclo Solis ac Lunae 6. mensis autem duodecimus cuius hic fit mentio, incidit in annum ante Chr. 451. circa 18. Febr.

Verf. 12. Vocatq; sunt scribe regis, mense primo Nisan, tertia decima die eiusdem mensis scriptum est, ut dixerat Aman. Ita habent Latina, Hebraica, Graeca: dies autem Nisan haud longe aberat, à 12. Aprilis ann. ante Chr. 452.

Verf. 13. Vno die, hoc est, tertio decimo mensis duodecimi. Hebraeus cum Latino Graecus autem nullam diei 13. mentionem facit. Mensis iste 12. illuxit circa diem 18. Februarij, anno ante Chr. 451. sic tertia decima eiusdem accedebat ad secundam Martij Iuliani illis temporibus accommodati.

ESTHER VIII. v. 9. & 12.

Verf. 9. Accititq; scribae & librarij regis, serat autem tepus tertij mensis, qui appellatur Sivan) vigesima & tertia die illius, scriptae sunt epistola, ut Mardocheus voluerat. Ita habent cum Latinis, Hebraea, & Chaldaica, anno nempe ante Chr. 452. quando tertius mensis Iudaicus oriebatur circa diem 29. Maij, & vicesima tertia Sivan, parum aut nihil à 20. Iunij remota erat. Graeca hic pro tertio mense primum exhibent: an quia mense primo primi cursores, in prouincias remotiores, vltimi vero in viciniore tertio tandem mense expediti fuerunt: Hoc nempe negotium primo mense inchoatum tertio expeditum est, ut insinuat Serapianus Esthet 9. q. 29. Salianus an. m. 3601. num. 48.

Verf. 12. Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est, tertia decima mensis duodecimi Adar. Consentiant Hebraea & Graeca. Vltio haec iuxta mea rationem, definabatur in annum ante Chr. 451. quo 1. dies Adar praeter propter à 18. Februarij incurrebat.

Quaest. Chronol. P. 3.

ESTHER

pppi

ologia
ament

V

12.
H. Philo

Chron
v. 17

A 1
17

ESTHER XI. v. 1. & 2.

Philometore.

Verf. 1. Anno quarto regnantibus Ptolemao & Cleopatra. Cùm deinde
lemo Philometori & Euergeti, sed etiam Epiphani, vxorum
patra fuerit, merito quispiam dubitauerit, quisnam istorum trium
telligendus sit? Philometorem regem Egypti ab Alexandro Magno
interpretatur Pererius lib. 13 in Dan. quem laudat & sequitur Salius
3602. numer. 13. idque probabiliter ex Iosepho colligunt, quibus
pionem, Philometor, ait, Ptolemæus, & eius vxor Cleopatra, omnia regna
Iudæis, & duces totius ferè militia Onias & Dosithæus Iudæi &c. Annu quoque
Philometoris Salius incidit in annum ante Christi ætam 177.

Verf. 2. Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, prima die Nisan, in
Mardocheus. Idem habent Græca cap. 1. v. 1. Hæc autem contigerunt
bitror ante Christ. 462. circa diem 22. Martij quæ tunc in festum
Solis 24. lit. Dom. F. cyclo Lunæ 15. Epacta 9.

ESTHER XIII. v. 6.

Quia in
diem 13.
causæ erat
designata.

Nullusque eorum misereatur quarta decima die duodecimi mensis
tis. Hanc 14. diem exprimunt Græca, dum hanc Regis epistola
runt cap. 3. at alibi passim in hoc libro, dies 13. Iudæorum necesse est
in Latinis, Hebraicis, Græcis, Chaldaicis, & apud Ioseph. 11. Artaxerxis
Artaxerxis e dictum recenser. Quod ita explicat Serarius cap. 3. 9. 10.
tur: nullus misereatur eorum 14. die, hoc est, ita pridie cæsi funditus
vt cuius misereri liceat, nullus die 14. superfit, quam explicat
Salius ann. m. 3601. num. 9.

Decorative separator line with repeating floral motifs.

NOTE ET QVÆST. CHRONOL.
IN PROPHETIAM ISAIAE

CAPVT I. v. 1.

Viso Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalem, in diebus
Achaz, & Ezechia regum Iudæ.